



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 7. Misericordiam misericordiâ etiam in alijs pluribus fuisse remuneratam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

adeò ut ex eo tempore iisdem hieme, quibus estate, contenta fuerit vestibus, immò nec hiemis intemperiem umquam senserit. Simul autem etiam Dominus, & cum crucem argenteam, & cum hanc tunicam illi ostenderet, talia ei promissa fecit, unde certò illi constare posset, illam in calis excellenti gloria sine fine perfruituram. Vides talionem optabilem, & crucem datam mendico in terris, in iudicio, gemmis condecoratam toti mundo cum gloria ingenti redhibendam? Vides vestem visibilem cum inuisibili commutatam? Vides, quantum profit *Dare*? Vides, cui profit? Verè dixit S. Leo: *Nobis prestamus, quod alijs erogamus.*

S. Leo
serm. i. de
collectis.

§. VII.

Misericordiam misericordià etiam in alijs pluribus fuisse remuneratam.

Carolus
Regius
in orat.
Christi-
an. lib. 10.
c. 8.

Cosmas Mediceus, qui fuit Magnorum Ducum Hetruria primus, multa expendebat, ut opem afferret egentibus. Cuidam igitur ex familiaribus, eum nimis liberalem appellanti, respondit: Se in libro, initarum cum Deo rationum, dati & accepti, numquam potuisse eò peruenire, ut qua deberet Deo solueret. Nam quòd plura dabat, etiam eò plura recipiebat, semperq₃ inueniret, se debitorem, Deum verò creditorem.

Dignum

Dignum tanto Principe dictum, & geminum illi, quod S. Gregorius Nazianzenus scripsit: *Numquam Dei liberalitatem & beneficentiam vinces, quamvis omnium tuarum facultatum jacturam feceris; quamvis te etiam facultatibus adjeceris. Nam hoc quoque ipsum accipere, est Deum aliquid nobis donare.* Subnectit idem S. Pater duas insignes comparationes; vnam vmbrae, quae non potest ita praevolare ante corpus, aut tardè subsequi, vt ab eo separetur; quia progrediente corpore, semper simul progreditur, ac velut adhærescit: alteram capitis, supra quod membra cetera numquam possunt excrescere, cum quantumvis illa augeantur, semper caput item attollatur atque superstet. Illustrissima sanctæ huius talionis, ac compensationis, vsque in centuplum, exempla recitantur, à Gregorio Turonensi, & Paulo Diacono de Tiberio Cæsare; à Metaphraste & Bredenbachio, de Ioanne Eleemosynario; à Surio de S. Germano Episcopo; à Lipomanno de S. Marcello Archimandrita; & alia ab alijs. Ita nimirum diuina benignitas, semper eminent, numquam ab hominis libe-

Gregor. Nazianzenus
 Gregor. Turonensis
 Paul. Diaconus
 Metaphrastes
 Bredenbachius
 Surius
 Lipomannus

ralitate
 Gregor. Tur lib 5. c. 19. hist. Franc.
 Paul. Diac. lib. 3. hist. Longobard. c. 6 Anno 576. Metaph. in vita S. Ioan Eleem. Bredenb. lib 6. Coll. 10. Sur. 31. Iulij. lib. 2. cap 11. vitæ S. Germ. Lipom. 22. Decemb.

ibus
 mis
 rem
 &
 ro-
 m-
 m-
 da-
 nis
 in-
 bi-
 es,
 t?
 lys
 H-
 H-
 ut
 a-
 e-
 o-
 r-
 id
 Is
 n-
 n

Luc. 6.38;
Matth. 5,
7.

Leont.
Episcop.
Neapole-
os in eius
vita,

ralitate superatur. Quis ergo non velit da-
re, vt sic detur? quis recuset esse misericors,
cùm *miseriordes misericordiam consequantur*,
in tantum augendam, vt ab homine num-
quam possit adæquari? Fuit hoc certamen
inter Deum, & Ioannem Eleemosynarium,
qui ferè quidquid accepit, illico dedit pau-
peribus, & tamen semper iterum diuinitus
recepit. Vnde multoties inuentus est ita
Deum in exultatione spiritûs compellans:
*Sic, sic, aut tu mittendo, aut ego dispergendo:
videbimus, quis vincat. Liqueat enim, quoniam
tu diues. Domine, & vita nostræ miserator es.*
Hac ipsa de caussa, cùm aliquando dies ela-
psus esset, quo non meminerat, se opus mise-
ricordiæ vllum præstitisse, mœstitiâ vultu
præ se ferens singularem, à Sophronio inter-
rogatus, quid ei triste accidisset, respondit:
*Hodie miserandus Ioannes, non ab aliquo vllam
recepit mercedem, neq; vllum vel minimum pia-
culum potuit offerre Christo pro multis & ma-
gnis suis delictis, quo modo neq; alias vquam.*
Quid mirum ita sentire Christianum, qui
credit illud à veritate dictum: *Miseriordes
misericordiam consequentur*: itemque: *Date,
& dabitur*? cùm à Romano Ethnico Impe-
ratore dictum fuisse scribatur: *Hodie non
regnae*

regnavimus, quoniam neminem affecimus beneficio: & à Græco, in simili caussa; *Amici, diem perdidimus.* Etsi autem plurimis diuinus remunerator mercedem præmiumque virtutis in alteram vitam reseruat, multis tamen etiam virtutis talionem in hac quoque promittit, & largitur: clara enim sunt illa: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut so-*

Sed de hoc argumento agendi proprius locus est, in tractatu de judicijs, quæ Deus in altera vita exercet: hîc satis est, docuisse obiter, etiam virtutû talionem esse in hac vita à Deo. *Iacobus Aragonia rex, Ordinis D. Maria de Mercede,* (seu redemptionis captiuorum) *præcipuus auctor esse creditur, ait Ioan: Mariana, voti reus, ut quidam scribunt, quod Muntione, dum captiui instar teneretur, Virgini Matri nuncuparat, usu edoctus, quantum esset captiuitatis malum.* Hinc libertati redditus, Deoq; gratus, eum Ordinem instituit, qui etiam alios captiuitate liberaret, vt etiã alios eo beneficio afficeret, quod ipse expertus esset. *Faciant hoc homines, & non fa-*

Matth. 19.
29.

Ioan. Ma-
riana lib.
12. c. 8. ad
An. 1218.

D cias

ciat Deus, qui protestatur sibi fieri, quod fit suis? Nunc ad pœnæ talionem accedamus.

C A P V T IV.

Cacia, nubes in se trahenti, similes esse, qui malum, quod alijs parant, patiuntur, idq; Poetarum & fabularum exemplis declaratur.

§. I.

Cacia vento similes esse peccatores.

Plin. lib. 2. nat. hist. 46. Arist. lib. de Mundo & Meteor. & sect. 26. Problem. A. Gellius I, 2. c. 22.

VEntus, cui Cæcias nomen, qui media inter Aquilonem & exortum regione flat, à Plinio scribitur, vnus contra aliorum Septentrionalium ventorum naturam, non pellere, sed *in se trahere nubes*, in Ponto. Aristoteles putat, eum circa ortus æstiuos spirare; quòd autem nubes, non more reliquorum ventorum, à se abigat, sed ad se vocet, causam existimat esse, vel quia alius ventus reflat aduersus, eodẽ tempore; vel quia hic è sublimi cæli parte spirans, putata orientali, non transuersus per terram fertur, sed recuruata linea, propter reflexum, vnde exortus est, eò recurrit. Animaduersa hac Cæciæ natura, Sertorius Cacitanos, vel Characitanos hostes ad deditiõnem coëgit in hunc modum. E regione speluncarum, in quibus

Plutarch. in vita Sertorii